

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Johannis Segeri Weidenfeld De Secretis Adeptorum Sive
Usu Spiritus Vini Lulliani Libri IV**

Weidenfeld, Johann S.

Londini, 1684

8. Aqua Vitae Riplei

[urn:nbn:de:bsz:31-96282](#)

qui modus mihi displaceat, quia hac ratione crassa unctuositas & ponderositas introducta fuit. Quidam Vegetabilibus sunt usi, ut sunt Herbae, Radices, Flores, Semina tibi cognita, quae in se potentes Mercurios (*Vegetabiles*) habent; hinc est, quod qui illum hoc modo tractarunt, formam ejus Vegetabilem (*unctuositatem*) potius augmentarint, quam ut magis solubilem reddiderint, *Parisinus in Elucidario pag. 231. Volum. 6. Theatri Chym.*

Hinc est, quod Ripleus Parisini condiscipulus haec pallio Philosophiae testa esse crediderit; ita enim scribit in sua medulla Philos. Raymundus dicit, quod debeat extrahi de morte & se-
cibus Vini per 120 dies, per continuam rotationem in Balneo calidissimi fumi, & quod acuetur cum rebus Vegetabilibus cali-
dis, ut sunt Piper Nigrum, Euphorbium, Pyrethrum, Ana-
cardus, Squilla, Solatrum, Apium Sylvestre, & hujusmodi
similibus; nam sine virtute harum rerum, ut ille dicit, non est
sufficiens, dissolvere Metalla, nisi longo tempore, sed ut nihil
dubii aut ambigui appareat, dico, quod haec omnia cooperta &
testa sunt pallio Philosophiae. Nam animus illius est, quod in
hoc Spiritu habeatur aliud menstruum resolubile, quia sine tali
menstruo resolutivo solutio nunquam fieri potest. Et ictus men-
struum resolubile generatur solummodo ex genere Metalorum,
& per menstruum nostrum resolutivum producitur in actum.
Ripleus pag. 168. Medullæ Philos. non sive ipsius Riplei

Ripleyus per menstruum resolubile, menstruo resolutivo, (id est, Vini Phil. Spiritu) in alcum proflatum, intellectu Aquam quoddam mercurialem, de cuius praeparatione inferim, ubi simili- ter patet per praedicta Vegetabilia Lindum intellectu Mer- curium currentem. Nihilominus tamen Vegetabilia haec aliquas- do quoque sumpsisse literaliter, sequens eius probat menstruum.

Aqua Vitæ Riplei

Destr. p. 338. *Viatio* excepit
Estillato menstruo à primis febibus; fiat circulatio ipsius
cum speciebus calidissimis, sicut sunt Piper Nigrum, Eu-
phorbiu[m], Pyrethrum, Anacardii, grana Paradisi & hujusmodi,
per

per centum dies in Balneo, & postea destilletur tantum medicatas ipsius, & cum illa fac putrefactionem tuam, &c.

Hic Ripleum sumpisse Vegetabilia hæc, non argentum vivum, inde patet, quod peracta Circulatione, Spiritus medietatem tantum, ut pote subtiliorem Vegetabilium destillet partem; quo casu istud Metallum, (q) licet dissolutum, remaneret in fundo. Verum ubi Lullius Spiritum acuit destillando, & deinde circulat; Ripleus hoc facit Circulando, & postea destillat. Aliquando huic Aquæ Vitæ Olea addit, sive Essentias vel Metallorum vel Vegetabilium, ut sequitur.

9. Aqua Vitæ Composita Riplei.

Descripta pag. 343. Viatici.

Circuletur Vinum Rubeum fortissimum cum Vegetabilibus notis per 120 dies, rotatu continuo in Balneo, & postmodum trahatur per destillationem tantum purissimus Spiritus, cui imponatur Oleum Lunæ purissimæ, factum sine corrosivo, & circulentur simul per alios centum dies, & tunc est aqua de natura Basilisci, quia sicut in instanti solo aspectu, Basiliscus hominem interficit, sic Aqua ista impositum ei argentum vivum sine igne alieno quasi subito congelat in argentum optimum; & nota si ignis (Oleum vel Essentia) Chelidoniae imponatur; aut ignis florum Thymi post primam Circulationem, & absque oleo Lunæ simul circulentur decem diebus, multò melius congelabis argentum vivum, &c.

At, quod majorem parit scrupulum, est ipsius Lullii in hunc locum commentatio. Nolumus, inquit, te ignorare, quod Argentum vivum nostrum (veget.) poteris in alia ratione à sua minera extrahere: Fili, modus est., ut capias herbam, quæ dicitur Portulaca marina, Apium, Squilla, &c. destilla, feces quæ remanent calcina, cum Aqua destillata extrahe Sal, à quo Aquam abstrahie, Sal abstractum aliquoties dissolvendo & coagulando purifica, & habebis Sal herbarum Vegetabilium acentium; de his intelleximus, inquit, cum dicimus: Acue cum